UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Dionysio ep[iscop]o Rustico et Eleutherio martyribus. Cap[itulum]. xli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

¶ De ſanctis Dionyſio epo Ruſtico et
Eleutherio martyribus. Cap. xli.

Dionyſiꝰ epi-
ſcopus: ⁊ ruſticus preſ
byter ⁊ eleutheriꝰ dia
conus in ꝓuincia gal-
liarū: ciuitate pariſius
paſſi ſunt: ſub perſecu
tione domitiani impe-
ratoris agente feſcen
no prefecto. Qui bea-
tus Dionyſius natione athenienſis ab Ariopa-
go qui vicus erat ceteris excellentior: vbi erāt
ſchole nobiles philoſophorum ariopagita di-
ctus eſt: qui etiam ex philoſopho mundano: a
beato paulo apoſtolo conuerſus: philoſophus
xpi eiuſqꝫ diſcipulus effectus eſt. In eo igitur
vico morabatur dionyſius: qui ob plenitudinē
ſapientie diuinorū numinū theoſophus. i. dei
ſapiens dicebatur: cū quo erat appollophanus
eius comphiloſophus: ⁊ multi philoſophorum
epicureorum ⁊ ſtoicorum ⁊ aliarum plurimū ſe
ctaruz. ¶ Cum ergo in die dominice paſſionis
philoſophi athenieñ. non poſſent cauſam tene-
brarū que ſuper vniuerſam terrā facte fuerant
naturaliter inuenire. Non enim fuit naturalis
ſolis eclipſis: tum quia eclipſis fieri ſolet in re
nouatione lune: que tunc erat. xv. ⁊ ita in perfe
cta diſtantia e regiōe ad ſolē: tum quia eclipſis
non aufert lumen vniuerſis partibus terre: tuz
quia per tres horas durare non poteſt. Diony-
ſius maximus philoſophus hoc miraculum vi-
dens: nec huius cauſam inueniens: hoc protu-
lit verbum: ꝙ aut deus nature patiebatur: et ei
clemēta compatiebātur: aut totius ordo natu-
re peruertebatur. Et tunc athenienſes aram
illi deo: qui hoc oſtenderat miraculum conſti-
tuerunt: et ſuperpoſuerunt titulū ignoto deo.
Singulis enī aris titulus ſupponebatur: vt in
dicarent: cui eſſent dedicate. ¶ Cum ergo pau
lus veniſſet athenas: ⁊ cum epicureis ⁊ ſtoicis
diſputaret: ſingulaqꝫ deorū altaria perluſtrans
inter cetera ignoti dei altare vidiſſet: declara-
uit eis hūc eſſe deū: quem predicabat: qui celū
⁊ terram fecerat. Cum autem inter alios phi-
loſophos Dionyſius: qui ceteris in diuinis do-
ctior erat: dudum cum paulo diſſeruiſſet: caſu
cecus tranſibat. Cui dionyſius dixit: vt ſi ceco
illi in nomine dei ſui preciperet: vt videret: et
ille lumen reciperet: ſtatim crederet. Sed vt
omīs ſuſpitio tolleret: paulus ait Dionyſio: vt
ipſemet verba proferret. Quod cum ille feciſ-
ſet: protinus cecus viſuz recepit. Statimqꝫ dio
nyſius credidit: ⁊ cuz Damari vxore ſua ⁊ omni
familia baptizatus eſt. Sicqꝫ a paulo per trien
nium inſtructus epiſcopus athenis ordinatus
eſt: vbi predicationi inſiſtens: tam ciuitatem ꝙ̄
maximam partem regionis ad fidē chriſti per-
duxit. Huic paulus: ea que ad tertium celum
raptus viderat: reuelaſſe creditur: ſicut et ipſe
dionyſius in pleriſqꝫ librorum ſuorum inſinua-
re videtur: vnde ⁊ de hierachijs angelorum: et
ordinibus diſpoſitionibus: ⁊ officijs: tam lucu
lenter ⁊ clare diſſeruit: vt nō putares hoc ipm
ab alio didiciſſe: ſed ipſum potius in tertium
celum raptuz: hec omnia conſpexiſſe. Prophe-
tico etiam ſpiritu claruit: et dormitioni beate
marie interfuit: prout ipſe in libro de diuinis
nominibus aſſerit. ¶ Cum ergo audiſſet pe-
trum ⁊ paulum rome a nerone in carceribus de
tineri epiſcopū ſibi ſubſtituit: et ad eos viſitan
dos acceſſit: eorūqꝫ paſſionibus preſens fuit.
Uerum poſt aliquod tempus a beato clemente
petri ſucceſſore in franciam deſtinatur: et ipſi
ruſticus preſbyter ⁊ eleutherius diaconus ſo-
ciantur. Sancti quoqꝫ ſaturninus ⁊ marcelli-
nus epiſcopi: et lucianus preſbyter comites
adiunguntur. Qui omnes venientes arelatū:
verbum domini predicare ceperunt. Tunc dio-
nyſius auctoritate ſummi pontificis fretus:
marcellinū in hiſpaniam: ſaturninum aquita-
niam: et lucianum ad beluacenſem pagum di-
rexit. Ipſe vero cum ſibi adiunctis ruſtico et e-
leutherio pariſius venit: et multos ibidem con
uertit: et eccleſias erexit: ac clericos diuerſo-
rum ordinum conſecrauit. Et cum templorum
pontifices ſepius contra eum ſeditionem exci
tarent: et populus armatus ad eum concurre-
ret: diuina gratia: aut depoſita feritate: ad eiꝰ
pedes procidebant: aut exterriti fugiebant.
¶ Cum autē domitiani imperatoris precepto
ſecūda perſecutio in chriſtianos excitata eſſet
prefectus feſceninus contra chriſtianos ab vr
be in galliam directus: pariſius veniens: beatū
dionyſium predicantem captum colaphizatum
conſputum ⁊ loris cum ſocijs alligatū ſibi pre-
ſentari fecit. Dum autē ſancti corā illo in con-
feſſione dn̄i conſtantes aſtarent: ecce quedam
matrona nobilis venit: ⁊ virū ſuuz lubiū ab his
magis turpiter deceptū aſſeruit. Pro eius ita-
qꝫ viro mittitur: ⁊ in dei confeſſione martyri-
zatur. Sancti vero a. xij. militibus viciſſim ſibi
ſuccedētibus flagellant: deinde cathenis gra
uibus vincti carceri mancipātur. ¶ Sequenti
vero die dionyſius ſuper cratē ferream flammis
ſuppoſitis nudus extenditur: indeqꝫ erectus
ad beſtias ferociſſimas ieiunio excitatas expo
nitur. Que cuz ad eū accurrerent: ſignū crucis
oppoſuit: ⁊ māſuetiſſimas eas fecit. Deinde in
clibanū mittitur: ſed extincto igne nil leditur:
cruci affigitur: ⁊ diutius ibidem torquetur: in-
de depoſitus: cum ſocijs multis alijs fideli-
bus in carcere recluditur: vbi duz ſanctus miſ-
ſam celebraret: ⁊ populū fidelē cōmunicaret:
dn̄s ieſus cum angelorū multitudine: ⁊ immen
ſo lumine eidē apparuit: ⁊ panē ſacrū ei obtu-
lit: atqꝫ ad martyriuz confirmauit. ¶ Poſt hec

ſancti iudici preſentant̄: ⁊ nouis ſupplicijs cruciātur. Et cū omnia tormēta ſuperaſſent: iuſſu prefecti ante idolū mercurij extra ciuitatē ducuntur: ⁊ ibideꝫ in cōfeſſione trinitatis triū capita ſecuribus preſcidunt̄. Statimq̄ corpꝰ ſancti dionyſij ſe erexit: ⁊ caput ſuū intus brachia angelo duce ⁊ celi precedēte lumine ꝑ duo miliaria deportauit: ⁊ a loco ſcꝫ qui dicitur mons martyrū vſq̄ vbi nūc dei ꝓuidētia requieſcit. Multi vero circūaſtantes angelorū melodiā cōcinentē audierūt: inter quos largitia vxor prefati lubrij chriſtianā ſe eſſe clamauit: et mox ab impijs decollata in ſuo ſanguine baptizata occubuit. Dū infideles iuſſiſſent: vt ruſtici ⁊ eleutherij corpora in ſequana fluuio mergerentur: ne a chriſtianis ſepelirentur. Matrona quedaꝫ nobilis nomine catula: lꝫ adhuc pagana: tamē iam propter viſa miracula ad chriſtū mēte conuerſa: vectores ad prandium inuitauit: et illis epulantibus ſanctorum corpora furtim ſurripi fecit: ⁊ in ſuo predio occulte ſepeliuit: que poſtmodū perſecutione ceſſante inde ſuſtulit: ⁊ corpori dionyſij ſociauit: ac fideꝫ chriſti percepit. Paſſi ſunt autē. vij. idus octobris circa annum domini. xcvi. etatis vero beati dionyſij. xc. ❡ Die vero paſſionis ipſorum cum apud arelatum ſanctus regulus epiſcopus miſſarum ſolēnia celebraret: apoſtolorum nominibus in canone recitatis adiunxit: ⁊ beatorū martyꝝ dionyſij ruſtici ⁊ eleutherij. Quo dicto cum adhuc eos viuere putaret: mirari cepit quomodo eorū nomina ſic ignoranter in canone recitaſſet. Et ecce tres columbe eidem in altari apparuerūt: habentes ſanctorum martyrū nomina ſuis pectoribꝰ ſanguine deſcripta. Qui diem notās: inuenit eos tunc per paſſionē a corpore migrauiſſe. ❡ Beatus autē dionyſius doctor eccleſie mirabilis et inſignis: ſcripſit librū de angelica hierarchia. Item de diuinis nominibus. Item de myſtica theologia: ⁊ alia forte plurima que noſtris temporibus inueniri non poſſunt.

❡ De ſancto Donino martyre. Cap. xlij.

DOninus martyr paſſus ē in territorio ciuitatis chryſopolis: ſcꝫ parmēſis ſub maximiano imperatore. Qui cum eſſet primus cubicularius eiuſdē auguſti: coronā eius ſeruabat: ⁊ de ipſius manibus maximianus aureolam imperialē accipiebat. Anno igit̄ ſexto imperij ſui: cum roma mediolanū veniſſet: dedit contra chriſtianos edictū mortis. Inde veniēs in partibus germanie: chriſtianos quoſdā ibi inuentos decollari mādauit. Tunc erāt ibidem fideles quidā occulti circiter quigēti. Inter quos ſctūs doninus potiſſimus erat: qui ceteros cōfortabat. Et dū imperator ad vrbem romam veniſſet: prefati omnes eū ſecuti eidē occurrerūt: ſeq̄ xpianos conſtantiſſime ꝓfeſſi ſunt. Quos omnes imperator decollari mandauit. Et quibuſdam ex ipſis occiſis aliquot fugerūt: vna cū ſancto donino: quidā per viam flaminiā: quidā per viam aureliā: quidam vero per viam claudiā. Doninus autē via claudia perrexit. Et dum veniſſet. xv. miliario ab vrbe chryſopoli: nūcij maximiani eū apprehenſum: in media via publica que claudia dicit̄: iuxta ſiſtrionem fluuium decollauerunt: cuius corpus trūcum manibus ꝓprijs caput de terra leuauit: et ipſum deferens flumen ſuper vndas tranſiuit: atq̄ per iactum lapidis deportauit vſq̄ ad locum in quo quieuit: vbi ⁊ ſepultꝰ eſt miraculis clarēs. Inter q̄ oēs cum inuocantes: ⁊ de calice ipſius potantes liberat a morſu rabidi canis. Qui paſſus ē ſeptimo idus octobris.

❡ De ſancto cerbonio ep̄o. Cap. xliij.

CErbonius epiſcopꝰ populonie claruit tēpore beati gregorij pape. Qui dum hoſpitalitati eſſet intentus die quadā tranſeūtes hoſpitio ſuſcepit. Quos gothis ſuperuenientibus abſcondit: eorūq̄ vitā ab illoꝝ nequitia reſeruauit. Quod dū totille gothoꝝ regi ꝑfido nunciatū eſſet: iratus crudelitate iuſſit epiſcopum teneri: ⁊ in loco qui merulis dicit̄ octauo ab vrbe miliario vbi cū exercitu ſuo reſidebat ſibi preſentari: eūq̄ in ſpectaculo populi verſis ad deuorādum proijci. Tunc in cōſpectu regis epiſcopus ad mediū deductus eſt: atq̄ ad eius morteꝫ vrſus immaniſſimus exquiſitus: qui ex cauea dimiſſus: accenſus ⁊ concitus epiſcopū petijt: ſed ſubito ſue feritatis oblitꝰ: capite humiliter ſubmiſſo lābere epiſcopi pedes cepit: populuſq̄ qui ad ſpectaculum venerat mortis: magno clamore verſus eſt in admirationem venerationis. Ad cuius reuerentiā etiam rex ipſe promotus eſt: ipſumq̄ honoratum valde dimiſit: ⁊ eius ſe orationibus commendauit. ❡ Hic etiam in eccleſia ſua cui preerat: populonie ſepulchrum ſibi parauit. Sed cum longobardorum gens in italiam veniens cūcta vaſtaſſet ad helbam inſulam receſſit. Qui irruēte egritudine ad mortem veniēs: clericis ſuis precepit: vt corpus eius in ſepulchro qḋ ſibi populonie preparauerat poneret. Cui cū illi reſpōderent: ꝙ illuc ipſum reducere minime poſſent: eo ꝙ longobardos ipſum locum detinentes vel illac diſcurſantes timerent: hortatus eſt eos vt ſecure ipſum illuc deportarent; et feſtine ſepelire cu-